



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Iosephi Vicecomitis Ambrosiani Collegii Doctoris  
Observationes Ecclesiasticæ In quo [!] de Antiquis  
Baptismi Ritibus, ac Cæremonijs agitur**

**Visconti, Giuseppe**

**Parisii, 1618**

Cap. 28. De ministro baptismi, quina[m] fuerit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64585](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64585)

*De ministro baptismi, quinam facit.*

C A P. XXVIII.

Necessitate postulante omibus baptizare licebat. Ecclesiae surgentis initio baptizandi ius promissum fuit. **N**on hic querimus de ministro, mortis necessitatibus tempore: nam constat, eom casu omnibus cumularissimam baptizandis facultatem fuisse. Non etiam de primordiis nostrae religionis, quem legitimum ministram habuerint, disceptandum est. Tuac enim baptizadi ius promiscuum fuit: quemadmodum ipsa temporis ratio demonstrat, & S. Ambrosius testatur in cap. 4. Epistol. ad Ephes. his verbis: postquam omnibus locis Ecclesiæ sunt constantia, & officia ordinata, aliter composita res est, quam parat. Primum enim omnes docebant, & omnes baptizabant, quibuscunque diebus, vel temporibus fuisse occasio ut ergo cresceret plebs, & multiplicaretur, omnibus inter initia concessum est & Evangelizare & baptizare, & scripturas in Ecclesia explanare, atque ubi autem omnia loca complexa est Ecclesia, conuenticula constituta sunt, & rectores, & cetera officia in Ecclesia sunt ordinata, ut nullus de eis auderet, qui ordinatus non esset, presumere officium, quod sciret non sibi creditum, vel concessum hinc ergo est, unde nunc neque diaconi in populo predican, neque clericis, vel laici baptizant, neque quoconque die credentes tinguntur, nisi agri. Quod igitur in controversia versari volumus, est, utrum soli Episcopi, an etiam presbyteri, sicuti nunc, ita

semper alias baptisimi sacramentum admini- Soli Epis-  
strarint? Videntur autem soli Episcopi, admi- scopi a-  
nistrasse. Nam in Constitutionibus Apostoli- ptizabant.  
cis quoties de baptismo administrando sermo  
est, ad sacerdotes id spectare traditur; ut lib. 6.  
cap. 15. eodem modo contenti sunt uno solo baptismo,  
qui in Domini mortem traditum non mysterio abomi-  
nandorum hereticorum, sed probatorum sacerdotum  
in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Et lib. 7.  
cap. 40. quomodo oporteat catechumenum cum ini-  
tiatur, a sacerdotibus benedici, & que ab iis docen-  
dus sit. Rursus ibidem cap. 42. post hanc promissio-  
nem, deinceps venit ad oleiunctionem, benedicitur  
hoc oleum a sacerdote in remissionem peccatorum, &  
preparationem baptismi. Et cap. 43. deinde venit ad  
aquam, benedicitur, & glorificatur sacerdos Dominum  
Deum omnipotentem, &, post hoc, baptizatura in  
nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, unctione un-  
guento, dicens, &c. Sacerdotis autem nomine <sup>romē olim</sup> Sacerdotis  
folios Episcopos olim appellatos fuisse, cum a  
libi fusi probabimus, tum ex olei consecra-  
tione, qua hic illi tribuitur, intelligi potest. Si-  
cuit, quod nulli presbytero baptismi admini-  
stratio præcipitur, euidentia coniectura est, eam  
solis Episcopis licuisse. Præterea S. Dionysius  
Areopagita, Apostolicorum temporum æqua-  
lis, qui baptismi ritus fusè enumerat lib. de Ec-  
cles. Hierarch. cap. de Sacram. illustrat. dum  
ministritionem facit, semper sacerdotem,  
aut Hierarcham appellat: *benigne, inquit, se factu-*  
*rum esse promisit, acceptumque eum ducit ad sacer-*  
*dorem: Ad Hierarche manum ab eis manuductus;*  
*Hierarcha autem in loco superiori stans: Rursus du-*

170 De Antiq. Bap. rit. ac Cær.  
cunt ad Hierarcham: Et similia alia, quæ bap-  
zandi munus Episcoporum fuisse, facili-  
monstrant. Idem etiam, & multo apertius  
Ignatius ostendit Epist. ad Smyrnens. vbi ex  
audaciā reprehendens, ait: non liecat sine Epis-  
copo baptizare, non enim solum vult, cæteros  
Episcopo baptizādi facultatem impetrare, si  
amplius solis Episcopis baptizādi prouincia  
demandata ēsse, ut alios à baptismi administra-  
tione excluderet. Et Tertullianus lib. de bap-  
cap. 17. cum illi tractationi coronidem imp-  
nere vellet, ita scriptum reliquit: supereft ad  
evidēdā materialē, de obseruatione quoquā  
di, & accipiendi baptismū commonefacere, da  
quidem habet ius summus sacerdos, qui est Epis-  
copus, dehinc presbyteri, & diaconi, non tam  
Episcopi autoritate, propter Ecclesiæ honorem, Pa-  
linus verò Nolianus de vit. S. Ambros. cl  
laudes perstringens. tanta corporis, animi  
fortitudine in Episcopali bus muneribus ob-  
eundis præditum fuisse, afferit; vt, quod si  
circa baptizandos solus cumulatissime pre-  
bat quinque postea Episcopi, post eius ob-  
tum, vix efficerent. Scribit enim: in rebus du-  
nis implendis fortissimus, in tantum, ut, quod si  
implere poterat circa baptizandos, quinque postea  
episcopi tempore, quo decepit, vix implerent, fructu  
vero inter Episcopalia munera baptismus ne-  
meraretur, si alij ab Episcopis ipsum admini-  
strare potuissent, nec S. Ambrosio in bap-  
zandi munere alios Episcopos sufficere, ne-  
cessē fuisse, si baptismi conferendi inspen-  
satus presbyteros fuisse videretur. Atque huic mo-

Cær.  
quæ bap-  
facile  
apertus  
ns.vbien  
sine Epis-  
cæteros  
etrare; s  
rouincia  
dministr  
b.de bap-  
leim imp-  
erest adiu-  
quoqua do-  
acere, da-  
i est Epis-  
tamen  
orem. Pi-  
brof. en-  
animis  
ribus d-  
quod  
neprell  
eius ob-  
rebus dñi  
quod/da  
se posse;  
st. fructu-  
smus na-  
admini-  
in bap-  
cere, ne-  
ius pene-  
huic mo-

*Liber primus.* 171

ri fauere existimo, quod in Gregorio Turo-  
nenſi lib. 10. Hist. Franc. cap. vltim. legitur,  
Episcopum doctum iuxta, piumque cum mo-  
nialium Antistitiam ex iniusto carcere erue-  
re, vehementer optaret, Chrodiel� nunciaſ-  
ſe, niſi innocens Virgo monasterio, ac ſuis  
redderetur, ſe proximo Paschate neminem  
Christianis mysteriis initiari, permitturum.  
Eius verba hæc ſunt: *cumque Episcopus hæc om-  
nia grauiter ferret, nec valeret ſeditionem Diaboli-  
cam mitigare, misit ad Chrodiel�, dicens, relin-  
que abbatuſam, uti in hiſ diebus in hoc carcere non  
retineatur: alioqui non celebrabo Pascha Domini,*  
*neque baptismum in hac urbe ullus Catechumenus  
obtinebit, niſi abbatiffa à vinculo, quo tenerur, in-  
batur abſoluſi.* Nam ſi aliud ab Episcopo bapti-  
zandi facultatem habuifſet, irritæ Episcopi  
minæ fuiffent, quoniam eo vel incio, vel re-  
pugnante, Cathecumeni ſuę ſaluti consulere  
potuiffent. Sed hæc ſubtilius exquirere nihil  
oportet, cum meminerimus, hæc ipsa mu-  
niera, quæ nunc contemnuntur, in veteri Eccle-  
ſia Episcopos diligenter obiuiſſe. *vt aliquan-  
do ſola cauſa fuerit, accercendi Episcopum ab-  
ſentem Paschatis tempore, vt Catechume-  
nos Christianis rudimentis imbuere, & bapti-  
mo lustrare poſſet.* Quemadmodum egregiè  
adnotauit Ioannes Carolus Bouius in lib. 3.  
conſtit. Apoſtol. cap. 20. Cuius quidem con-  
ſuetudinis veſtigium adhuc duret in Eccleſia  
Ambroſiana, in qua infantes, hebdomada  
Paschā, vel Pentecosten proximè antecedēte,  
in lucem editi, ad præcipuam vrbis Eccleſiam  
deſterri iubetur, uti ſolēni ritu huius Eccleſię

Baptiſſi  
admini-  
ſtrandi  
cauſa Epis-  
copi ab-  
ſentes olim  
reuoſati.

Baptiſſi  
ſolum ab  
Episcopis  
collati ve-  
ſtigium in  
Eccleſia  
Ambroſia-  
na.

172 De Antiq. Bapt. rit. ac Cer.

Archiepiscopus baptismum ministreret. A qua  
solemnitate quemcunque presbyterum tan  
vrbis, quam diœcessis abstinere, <sup>a</sup> cautum est.  
<sup>a Conci.</sup>  
<sup>Prouinc.</sup> Neque nos mouet, quod baptismi admini  
strationem etiam presbyteris licuisse, ex Co  
non. Apostol. colligi videatur, cum legimus  
can. 50. si quis Episcopus, vel presbyter novi na  
tus mysterij baptismata perfecerit, deponatur. Ide  
nim accipiendo est, quoties vel necessitas  
postulat, vel Episcopus aliis negotiis implici  
tus, baptizandi facultatem eis impertit, quo  
modo etiam intelligendus est locus Constitutionum  
Apostolicarum lib. 3. cap. 20. Ne pre  
byterum, neque Diaconum iubemus ordinare exla  
cis clericos, sed presbyterum tantum docere, offen  
baptizare: Paschalini Epist. ad Leon. Pap. un  
presbyter, secundum morem, baptizandi horam re  
quireret: Palladij in vit. S. Ioan. Chrysost. Iau  
nis nempe presbyteri, quibus Dei aderat timor, in pu  
blico lauacro, quod Constantianum appellatur, cu  
etis populis, vigilias incoharent, partim animo  
eloquia legentes, partim eos, qui instructi erant  
fide, baptizantes, ut est moris, in Pascha: Concilij  
Meldensis cap. 48. nemus presbyterorum baptizare  
presumatur, nisi in vicis. Ecclesiis baptismalibus,  
aque temporibus constitutis: & demum quicun  
que alij aut baptismi a presbyteris ministrati,  
aut facultatis ministrandi eis concessæ memi  
nerunt. Sicut patet ex Tertulliani loco supra  
allato: non tamen sine Episcopi autoritate. Quod  
si alia loca supersunt, quibus haec explicatio  
conuenire non possit; aliam commodiorem  
adjuiciam, ut de baptismo extra Pascha, &

Pentecostem collato intelligantur : cum nos  
sollemmodo Paschatis , & Pentecostes bap-  
tismum ad Episcopos pertinuisse , existime-  
mus . Vere tamen satendum est , ex quo cer-  
ta baptismi tempora cessarunt , & Episcopis

Presbyteri  
quādo ba-  
ptizare coe-  
periat.

aucta onera , singulisque oppidis certi pres-  
byteri , ac sacerdotes assignati fuerunt , totum

Monachis  
baptizare  
olim veti-  
tum erat.

id negotium ad presbyteros deuolutum esse .

Cuius rei testimonia notiora sunt ex multo-  
rum libris , quam ut à nobis commemoretur .

Cum autem presbyteros dico , omnes mona-  
chos excipi , placet ; quod illis baptizare sem-

per vetitum fuerit , quemadmodum in decre-  
tis Eugenij IV . cauetur apud Gratian . in cap .

placuit 2 . 16 . quæst . 1 . placuit , inquit , cōmuni nōstrō

cōsilio , ut nullus monachorum de monasterio exire ,

nefandissimo ausu presumat , neque pénitentiam

dare , neque filium de baptismo accipere , neque ba-

Monachi  
ptizare . Cuius rei causam si quis curiosius in-

vestigare velit , eam fuisse reperiet , quod mo-

nachi olim in clericorum ordinem relati non

erant . De quo nos alibi fortasse latius , ne hic

prolixiores simus .

olim inter  
clericos nō  
numera-  
bantur .